

Bellarmin. l.  
3 de Eccl. c. 1.  
§. secundò.

dispar: Act. 4, 12, & 15. 9. 11. Ephes. 4. 4. quod etiam Bellarminus ipse concedit.

## IX.

V.  
Bellarm. l.  
4. de Notis  
Eccl. c. 2. §. sed  
dices.

Ecclesia Christiana, de qua nunc potissimum queritur, considerari ita solet, argumento locorum. Rom. 16. 1. 4. 5. 16. (id quod & Bellarm. admittit) vel Coniunctim, quatenus constat ex uniuersis & singulis, ingenue Christum, eiusque doctrinam per totum passim terrarum orbem profitentibus. Et sic cum Ecclesia V. Test. angustis Iudae terminis incluse; tum Particularibus Novi, quas omnes suo ambitu comprehendit, contradistinguitur: vulgoq; Orthodoxa, & per Synecdochen Catholica dici solet: Vel Diuina, quatenus in certo aliquo mundi loco cætus Christianorum singularis, aliàs magis, aliàs minus frequens, purus & conspicuus conspiciatur: ut nunc sunt Ecclesie Meridionales, Septentrionales; Germanicæ, Sarmaticæ; Heidelbergensis, Ostrorogana, &c. nec non fidelis cuiuslibet Patrisfamilias familia. Patres, Particulares etiam Ecclesias Orthodoxas, ἐπιθεδοξίας Hereticorum & Schismaticorum conuenticulis oppositas, propter ὀρθοδοξίαν, seu fidem & doctrinam verè Catholicam, Catholicas, Vniuersalesue, earumque Episcopos, ut & quosuis fideles Christianos, Catholicos, quadam Catechresti, nominare consueuerunt: prout videre est apud Lactant. Prosper. Aquin. Vincent. Lerinens. &c.

Lact. l. 4.  
cap. 30.  
Prosper. A-  
quit. Tract.  
Dimid.  
Temp. c. 5.  
Vincent.  
Lerinens.  
contr. Hæres.  
c. 3. & 25.

## X.

Causa Effi-  
ciens.

Κύριον αἰτιον, & supremus Ecclesie author, est Deus vnus essentiâ, trinus Personis: PATER, Matth. 9. 38. 1 Petr. 5. 10. 1 Cor. 1. 9. & 3. 9. FILIUS, Matth. 16. 16. 18. Job. 10. 15. 16. Act. 20. 28. Eph. 4. 11. 16. & 5. 25. 29. Tit. 2. 14, & SPIRITUS. S. Job. 3. 5. Tit. 3. 5. 6. 1 Corinth. 12. 11 idque ex solâ εὐδοκίᾳ τῆς θελήματος αὐτοῦ, citra omne hominis meritum: 2 Tim. 1. 9. Eph. 1. 5. 6.

## XI.

Media In-  
terna & Ex-  
terna.

Vtitur verò DEUS in colligendâ Ecclesia Mediis, cum Internis, virtute sc. sui Spiritus, qui electos ad S. communionem efficaciter, euocat: 1 Job. 1. 3. & 2. 20. 27. & 4. 13. nec non Fide, quâ electi vocationi Dei respondent; gratiamque sibi oblatam apprehendunt: Act. 26. 18. tum Externis, S. nimirum verbo: Iac. 1. 18. 1 Petr. 1. 23. & 2. 2. Verbiq; Administris, & dispensatoribus mysteriorum ipsius: 1 Corinth. 1. 4: qui idcirco, διοδομεῖντες, ἐρχίται, imò DEI ipsius συνεργοὶ nuncupantur, 1 Cor. 3. 9. 10.

## XII.